

**Specimen medicum inaugurale syllogen observationum varii argumenti  
sistens ... / submittit Christianus Casparus Seip.**

**Contributors**

Seip, Christian Caspar, 1751-1806.  
Kratzenstein, Christian Gottlieb, 1723-1795.

**Publication/Creation**

Havniae : Typis Joh. Rud. Thielianis, [1782]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/yudptnw7>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

*SPECIMEN MEDICUM INAUGURALE* 2

SYLLOGEN  
OBSERVATIONUM  
VARII ARGUMENTI  
SISTENS,

QUOD,  
AUSPICE DEO,  
ADNUENTIBUS PERILLUSTRI SENATU ACADEMICO  
ET  
AMPLISSIMA FACULTATE MEDICA,

PRAESIDE ET BRABEUTA  
*UTRO AMPLISSIMO* ATQUE  
*EXPERIENTISSIMO*  
CHRIST. G. KRATZENSTEIN,

MEDICINA ET PHYSICES EXPERIMENTALIS PROFESSORE PUBL.  
ORDIN., SOCIETATIS REGIAE HAVNIENS. ET IMPERIAL.  
PETROPOL. AC NATURAÉ CURIOS. MEMBRO,

SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITTIT  
CHRISTIANUS CASPARUS SEIP,  
IURA ET HONORES DOCTORIS MEDICI  
MORE MAIORUM RITE REPORTATARUS.  
H. L. Q. S.  
DIE XXX. DECER. ANNI MDCCCLXXXII.

---

*Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.*

PHÆDR.

---

HAUNIAE.

TYPIS IOH. RUD. THIELIANIS.

*Cum contenta huius Dissertationis egregiam ostendant  
Doctorandi in scientia medica peritiam, Facultas me-  
dica Haunieensis eamdem impressione dignam iudicauit,  
eius tamen defensionem contra censuras publicas Auditori  
relinquens.*

**C. G. KRATZENSTEIN,**

FACULT. MED. H. A. DECANUS.

PIAE ET IMMORTALI MEMORIAE  
*PERILLUSTRIS AC GENEROSISSIMI*  
HEROIS  
**B. DE LÖWENÖRN,**  
S. R. M. OLIM A CONSILIIS CONFERENTIARUM,  
SATRAPAE etc. etc.

NEC NON  
*FAUTORIBUS OPTIMIS*  
MAGNO ANATOMICO, INCLYTO BOTANICO,  
PRAECEPTORI AMANTISSIMO  
**CHRISTIAN. FRIIS ROTTBÖLL,**  
S. R. M. A CONCILIIS STATUS ET IUSTITIAE etc. etc.


ET  
*VIRO SUMME VENERABILI ATQUE*  
*DOCTISSIMO*  
**NIC. RANDULF WHITT,**

AD AEDEM THAARNEYENSEM IN AMAGRIA  
SACRORUM MINISTRO LONGE DIGNISSIMO.

HOC  
QUALECUNQUE SPECIMEN INAUGURALE  
IN PIGNUS  
*GRATISSIMI ANIMI, NUNQUAM INTERITURI,*  
SACRUM ESSE IUBET  
AUCTOR.

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30792605>



## Lecturis.

Aliam certe opellam Medico-practicam,  
naiori studio et experimentorum copia  
adstruendam, solemnis meis dicaueram  
nauguralibus; iubet antem mutatus iam  
verum mearum nexus, ut citius opinione  
ad honores Doctoratus Medici capessendos  
festinarem. A praefinito itaque tramite  
reui desistam. Accipite interim aequa,  
qua

qua estis, mente, obseruationum nonnularum exiguum huncce selectum, quod alius opusculi, suadente illustri Praesia ante annum coepti, nunc vero pleniter aliquando et curatius prodituri proditum. Ne ultra propositos limites nimis ex crescere haec Sylloge, ill. Störckium versus finem secutus sum, quasdam, omis adnotationibus, adducendo cadauerunt sectiones, quas excipit breuis Rariorum Anatomicorum recensus, commentationem etiam, si unum, vel alterum locum excipiatis, destitutus, praeceuntibus et hic extimis viris, Tulpio (b), Ruyschio (c) e Albino (d), qui in singulam quamcunqu observationem non differunt; neque facil Syllogen meam, ullum aequum Lectorem

con-

(a) *Ann. Med. I. et II.*

(b) *Obs. Med. lib. tres.*

(c) *Obs. Anat. chirurg. cent.*

(d) *Adnot. Academ.*

ontemtum esse, credo, quia nonnulla,  
x bono Diario selecta et contracta, com-  
lectitur; talem enim sententiam, nisi  
lii inueniantur errores, grata infringat  
nemoria Diarii Naualis Medici Aasko-  
viani, utilissimi; non sane est oxorcis-  
nis, magicis, versibus vlnaribus, futili-  
bus quaestionibus et — turgidum, sed,  
egregiis ingenii, eruditionis et obser-  
vandi habitus documentis, ubiuis splen-  
doribus, refertissimum, hinc debitum ab  
exteris quoque Medicis elatum laudibus,  
et imitatu certe dignissimum. Agmen  
denique claudunt Theses, paucae quidem,  
sed uberrimam differendi materiam praæ-  
bentes. Simplicem dictionem leuioresque  
calami, vel subrepentes forsan Typothe-  
tae errores, obseruationum veritate, in  
medicis praesertim magni pendenda, com-  
pensare, vestrumque lectionis taedium ali-  
qua

*qua varietate fallere, vel amouere, qua  
tum potis eram, adlaborau. Ceteru  
valete et auctori, vestri addictissim  
fauete.*



Sagax medicus, et obseruationum amans, quibus suam et originem, et incrementa omnis genuina medicina debet, probe sciens, nullam obseruatiunculam, ut aut praeteruisam, aut nullius habitam momenti ita vanam esse, ut suam symbolam ad ampliandos artis limites non conferat.

III. Stoll. Rat. med. part. I. p. 278. 279.

---

De  
*Morbo maculofo haemorrhagico.*

**M**ORBVM ab illustri b. Werlhofio maculosum haemorrhagicum dictum et ab eo descriptum obseruandi occasio mihi obferebatur in Nosocomio regio Fridericiano degenti. Nutrix nempe duo et viginti annos nata, mente et corpore alacris, post partum autem duos ante menses passum, scabiosa, priori hymene commorata erat in Nosocomio, praeter laxans emedium, balneis et Cremore Tartari, Floribus Sulfuris nupto, interim ussa, nunc autem absqueulla cognita causa, et ex improviso ruit sanguis primo per ares, dein etiam per fauces, putridus et cursu satis

veloci, maculis liuidis non solum faciem et corporis peripheriam, sed etiam labia, oris integrum membranam, et gingivam, quae simul dolebant, et sanguine fundebant, occupantibus, numero subito auctis et turatius tinetis, quibus eruptis, pruritum accusabat insignem cutis, quae vnguis fricata, sanguine exstillabat sat largum: Caeteroquin extra lectum dedit, bene adpetit, digerit, aluum deponit, et sanasse prorsus in omnibus praedicat. Iniungitur regime in omnibus frigidum, exacte seruandum, datur Spiritus Vitrioli, Aqua destillata Menthae, et Syrupus Altheae dilutus, magnis haustibus deglutiendus, primus quidem solus, dein Decocto corticis peruviani matus, uterque manu certe larga: Quinque diebus praeterlapsis, haemorrhagia decrescere incipit, maculis quoque biduo abhinc diminutis; pro ratione itaque decrescentis morbi septimo die etiam diminuita medicamentorum dosis; largus autem die undecimus per uterum sanguinis fluxus, et biduo adhuc elapsus auctus haemorrhagiae narium et sputi sanguinei reuentus, plenos medicamentorum haustus iugiter iterandos exposcunt. Die autem decimo quinto nullam sanitatis labem hactenus questa aestu febrili iam viri insigni cum pulsu celeri, cephalalgia notabili, aliud biduo clausa; maculae jam nigrae passim in furunculos abeunt, primum suppurantes, dein sanguinem effundentes. Alius referatur enemate et eccoproticis, cephalalgiam arcent epispastica suris, et linteas acero frigido imbuta, dein expressa et capiti imposita.

Die decimo septimo, haemorrhagia prorsus silente, ob dolorem abdominalis decocto corticis nuper adlato adscriptum, Mixtura propinatur camphorato acida Loheri, alternis vicibus vna cum decocto illo forbilanda, abdomini interea volatili linimento crebro illito: Iam vero rediit sanguifluxus, hodie matricis, postea narium et bis quidem hic, sed leuis tantum momenti. Die trigesimo sanguifluxu et maculis denum penitus euanidis, a morbo hoc immunis et paulo post omnino sana permanxit, excepta scabie, iam copiosius prorumpente, et hac quoque, per mundificans Electuarium (*a*), aliaque congrua auxilia, debellata, intra breve tempus pura et nitida Nosocomium laeta reliquit.

MORBO a nobis hic delineato nomen scorbuti, aut febris petechialis tribuere vetat plenaria in hoc utriusque symptomatum concursus absentia. Pleniorum caeterum originis, gressus atque indolis hujus morbi notitiam desiderantibus, *Werlhofium* (*b*), *Behrensum* (*c*), *Wichmannum* (*d*), imprimis autem celeber-

A 2 rimum

(*a*) Ph. Dan. pag. 147.

(*b*) Oper. med. a Cl. Wichmanno auct. et ed. 1775.  
pag. 748.

(*c*) In Epist. ad ill. Werlhofium de adfect. ex comedientis mytulis l. c. pag. 593. et altera Epist. de morbo mac. haemorrh. l. c. pag. 624.

(*d*) l. c. pag. 539. Not. 65. et p. 748. Not. \*.

rimum et longe dignissimum Archiatrum *Gulbrem* (*e*), abunde satisfacturos esse, certo confidimus.

De  
*Ischuria.*

**A. Hysterocystica (f).**

a) ANTE lustrum circiter nocte quadam, a parturientem, doloribus octo et quadraginta fere horis detentam, accersebar, ut veni, commode illam in lecto, pectore nempe et pelvi eleuatis, collocandam curauit, in partus viarum, vteri et foetus nascitur conditionem inquisitus, indice itaque et medio digite bene inunctis et artis lege caute per vaginam inducti partes in parturiendi negotium influxum habentes inueni bene satis constitutas, vteri orificium perfecte circiter et in circulum apertum, sinistro pelvis lateri nonnihil obuersum, ad oppositum tamen os iscius crassiusculum, minusue detersum, et caput foetus ruptis diu ante aduentum meum, membranis, nudum cauo pelvis ita impressum, ut posterior fontanella prope apicem ossis sacri posita, distinete satis exploranti occurreret, futuris capitibus, ob insignem eius tumorem iam tactum fugientibus, abdomen tetigi inaequaliter expansum, et lotii vesicam sub integumentis et supra ossa pubis vrinae vi magna notabiliter exten-

san

(*e*) Act. Soc. med. Havn. Vol. II. p. 140 et seqq.

(*f*) Cl. Sauvagesii Nos. meth. 1768. 4. Tom. II. pag. 532. 533. Sp. 28.

am inque alterutrum latus detortam; per longum  
empus vrinæ ne guttulam quidem emiserat; dolores  
erant breues, incompleti, lumbos et pubem maxime  
adfligentes; ictus arteriarum fortes et celeres. Praestò  
erat Experientissimus D. Ranöe contubernio tunc tem-  
poris et familiaritate mihi semper coniunctissimus,  
qui aliquoties iam venam secuerat, Laudanum, liqui-  
dum Sydenhami exhibuerat, et lotii eductionem, va-  
riis, ni fallor, modis, incassum tentauerat, quam  
quidem operationem et ego non successuram animad-  
verti, quia caput foetus iam pelui ita haerebat infixum,  
ut digitis prementibus ne hilum quidem moueri pos-  
set; his ergo perpensis, partum hunc, ni breui sponte  
succederet, forcipe Smelliana conficere decreui, ma-  
ius utique damnum ex mora et cumulatione lotii,  
quam ex rita et congrua instrumenti applicatione, re-  
dundaturum pertimescens: Tribus itaque horis, sub  
immutatis adhuc dolorum inopia et capitis situ,  
praeterlapsis, et partura nunc in situ conuenientissimo  
disposita, cum femoribus eleuatis et diuaticatis, dictae  
forcipis cochlearia in antecessum tepefacta et oleo re-  
centi illita, prouide ad ischiorum latera circa aures  
foetus applicui, et caput bene comprehensum, iunctis  
legitime instrumenti brachiis, leniter comprimendo et  
extrahendo adque axin peluis rotando, feliciter in lucem  
protraxi.

FOETUM maturum aspectu mortuum, frictioni-  
bus corporis, imprimis spinae dorsi, spirituosis, bal-

neis reficientibus, clysmate irritante, aërem pulmo-  
nibus inflando, nec non costas et sternum iteratis vic-  
bus eleuando et deprimendo, breui resuscitauimus.

FORTITER mox post partum se contrahente vte-  
ro, secundinas leniter trahendo funiculum umbilicalen  
eduxit obstetrix, sed ingens simul prodiit sarcum  
rubrum, cauo vterino hactenus reconditum, et lat-  
basi irradicatum, totam obturans vaginam, et extra-  
muliebrem sinum propendens. Exanthlatos iam  
puerperae cruciatus, beatum mox sequebatur lenimer  
et somnus quietus. Vrina et lochia bene fluxerunt  
et soli dein curae amicissimi Ranöei commissa puerpera-  
tam bene conualuit, vt paucos post dies, domum,  
quam in platea (vulgo store Violstræde) inhabitabat  
relinquere et in alteram vrbis partem (Christianshavn  
dictam) curru vehi potuerit. Rumorem de remanente  
alterutrius femoris stupore operationi adscripto falso  
delatum esse, ab obstetricie comperi, quae pueroram  
illam de hoc incommodo, quod in tali casu non  
rarum est, diu ante partum questam fuisse vltro ad  
seuerabat.

Ex tali tumore sarcoideo in puerperae cadavere  
dein viso vteri obliquitatem cum situ infantis peruerso,  
et partu laborioso tempestiva versione finito aliquando  
ortam nobis retulit et (g) collectaneis inferuit Prae-  
ceptor

(g) Coll. Soc. Med. Havn. Vol. II. pag. 129. cfr. Diss.  
inaug. de divers. partu pag. 89. Not. k.

ceptor noster et Fautor benignissimus Ampliss. Prof. Saxtorph. Neque obliquitatis vterinae tumoribus debitae exempla defūere illustri Morgagnio (*h*).

SARCOIDEUM et ego hunc tumorem adpellaui, quia totum carnosum illum postea inueni, uti cl. Ruyfchius (*i*), qui praeter carnem nihil in istis tumoribus deprehendit, atque eiusmodi excrementiarum in parturientium vtero sub doloribus a se animaduersarum, unam pedunculo instructam, iconem, in eximia observationum anatomico-chirurgicarum centuria, excusa, illustratam dedit.

SUPERADDI denique potest casus noster exemplis similibus numerosis licet vere mirabilibus, quibus neque conceptionem, neque legitimum foetus incrementum per tales excrecentias semper impeditum iri evincitur (*k*).

b) ALTERUM huiusmodi ischuria ab hysterioxia postica (*l*) exortae et abortu finitae exemplum sequens esto.

MILITIS dimissi vxor nouem et triginta annos nata (in platea vulgo Rosengaden habitans) cui ante

A 4

bien-

(*h*) De sed. et causis morb. Epist. XLVIII. art. 39.

(*i*) Pag. 74. 75. Obs. LVIII. Fig. 52.

(*k*) Ill. v. Swieten Comment. in Boerh. Aphor. 1314.

(*l*) Cl. Sauvages l. c. Tom. I. pag. 221. sp. 2.

biennium haemoptysi adflictae adstiteram, mense I  
nuario anni 1781 auxilium meum expetiit. A  
veniens miseram inueni inquietam, et lectulo incun  
bentem; aestu vrebatur corpus cum facie rubra, al  
domen valde dolens, tensum, aegre ferebat adtaetum  
aluus erat obstipata, tenesmus frequens, pulsus cele  
et plenus; tribus iam mensibus siluerat catameniorum  
fluxus; narrat praeterea aegrota, sibi, post dolii inger  
tis cerevisia pleni et ponderosi eleuationem, vrina  
negotium adeo pertinaciter fuisse cohibitum, ut par  
cissimam modo vrinae copiam, nec nisi summo cun  
dolore, et nisu depresso integris quatuordecim die  
bus post evacuare potuisset. His animadversis, iscu  
riae huius originem in vtero grauido vesicae collus  
premente, forsan quaerendam esse ratus, idoneo mox  
aegrotantis situ, licet frustra, hocce obstaculum tol  
lere adlaborauit; in causam itaque morbi penitus inqui  
siturus explorationem vaginalem instituere consultum  
duxi, commodo ergo situ aegrotanti dato, binisque  
per vaginam digitis immissis, tactui sese obtulit pars  
dura, globosa, cauo peluis firmiter impressa; orifi  
cium quoque vterinum alte supra symphysin ossium  
pubis reconditum, nec, nisi repetito saepius periculo,  
et acerbissimo quavis vice aegrotantis cruciatu, dete  
gendum, demum percepi; quo facto, totam debito  
modo per vaginam satis laxam et peruiam inferebam  
manum, eius ope grauans obstaculum remoturus;  
nil vero bonae frugis, sed dolor modo acrior exinde  
redundabat aegrotae, ab hoc itaque conatu desistens, in

vtre vrinario per catheterem deplendo nunc totus fui;  
 hoc enim ex votis peracto, vterum ab axi pelvis reclinatum,  
 in pelvi per se nimis capaci eo facilius correctum iri, certo speravi; cum ideo per semihoram  
 contactam reliquissim aegrotam, et iteratis deinceps  
 vicibus catheteris usum absque ullo fructu tentasse,  
 genibus illam et ulti, corpore antorsum inclinato,  
 procumbere iussi, atque duobus dextrae manus digitis  
 in anum immisso, alterius manus digitis interea pubi  
 impositis, vterum deuiantem, unita sic digitorum  
 opera, in rectum redigere sicutum, conatus fui, normam  
 operationis ab illustri Professore Richtero (*m*) datam  
 exacte secutus; aegrota autem, hac quoque encheiresi  
 inutili, non leuata, sed doloribus adhuc magis vexata,  
 plura impraesentiarum horruit tentamina, et lubens  
 hinc destiti ego, lenimen autem modo aliquod latus,  
 venam secui, laudani liquidi Sydenhami guttas vi-  
 ginti, Melissae aquae semuncia dilutas porrexi, partes  
 genitales, partim vrina acri excoriante, partim con-  
 treftatione dolorificas, decocto tepido auenaceo fouen-  
 das curauit, et abdomen insuper linimento volatili  
 inungendum iussi. Sequenti autem die post varias  
 encheireses et noua tentamina ante meridiem frustra  
 repetita, versus vesperam me adiit maritus, uxorem  
 lacrymans ob mictum cruentum mox fato eripien-  
 dam; erroris quid subesse relationi, mictumque cru-  
 entum formidatum sanguifluxum esse vterinum in

abortu solemnem mox animo quidem cernens, aegrotam festinaui; opinioni iam respondit rerum status, exploratione detectus; os enim tincae superis ad partum doloribus tensum, perque hiatus eius medium aquas iam formatas tetigi; aegrota autem erat multum anxia, siticulosa, et doloribus, abdomen, lumbos, quin femora ipsa immaniter cruciantibus, infestata, riuo alias sanguinis largo ex proprio corpore iugiter labente, in lecto iacebat obruta cum pulsu celeri et debili. His signis praenunciis, matricem tam diu per sympathiam cum utre vrinaria distento et irritato vellicatum, cum bonis aegrae rebus abortum moliri, iam breui futurum, certo praevidi. Menorrhagiam moderaturus, animi et corporis quietem, frigidumque regimen, consului, Mixturam alias praescripsi ex Spiritu Vitrioli, laudano liquido Sydenhami, Aqua Menthae, et Syrupo corticis aurantium, ad mentem illustris Archiatri Aaskowi (*n*) factam, ad dimidiam patellam singulis horis ingerendam. Postridie ex optato adueniente abortu, multum diminuta fuit haemorrhagia, et largissima vrinae brunnae foetentis copia continuo prorupit. Tribus abhinc diebus exactis, incorrupta sponte sequebatur placenta, haemorrhagia mox sedata; aegrota autem ex tanto morbo iam liberata, diaeta et iusto regimine intra paucas septimanas perfecte sanata fuit, nullam postea (*quantum scio*) mingendi difficultatem sentiens.

Ex

Ex tali retrouersione vteri non solum ischuriam et abortum, sed etiam vesicae vrinariae ad vmbilicum usque extensae rupturam morte exceptam, variis observationibus, in Dissert. inaugur. (o) et Collect Societ. med. Havn. (p) adductis, oborta monstrauit Ampliss. Prof. Saxtorph, hanc retrouersionem iniquae placentaie irradicationi, et nimiae peluis amplitudini adscribens. Similem casum mihi in Nosocomio regio puerarum commoranti narravit idem vir experientissimus, sibi et alii magno obstetricanti obuium, in quo supra pubem adeo adtractum erat vteri orificium, ut, de eo praesente vel saltem detegendo, desperans alter, artificiali orificio, cultro chirurgico faciendo, viam infanti nascituro pandere consuluerit.

c) EANDEM ischuriam a metrite aliquoties inductam obseruaui, et semel grauissime ante quadriennium adfligentem sartoris S\*\* (in platea Landemaerket dicta) vxorem, enixam gemellos, quorum secundinas nefanda encheiresi euellere tentauerat obstetrix, vnguum scalptura, quam presso pede insequebantur metritis et ischuria, venaefectionibus quidem, remediis camphoratis, linimento volatili, vesicatorio et catheterismo a me debellata, sed quarto morbi die morte terminata.

## B. ISCHU-

(o) De diuerso partu pag. 46. 47.

(p) Vol. II. pag. 299. 308.

B, ISCHURIAE renalis rariorem forsan speciem  
 paucis hic referam, aestate a. 1780 mihi obuiam in  
 quinquagenario dolorem conquesto regionis lumborum  
 praesertim sinistram, nouem diebus durantem, va-  
 gum, cum scapulae et pectoris eiusdem lateris dolor  
 alternantem, lotii fluxu tribus simul diebus suppresso.  
 Vena bis secta erat cum leuamine, laxans porrectum  
 aluus exinde quotidie aperta. Datur Emulsio Cam-  
 phorata vna cum infuso theiformi Plantaginis aqua-  
 ticeae et quatuor dierum spatio quinques adhuc mit-  
 tuntur sanguinis valde inflammatorii vnciae duodecim  
 neque negligitur clyisma. Vomit interim semel, vrina  
 retinetur adhuc; dolor tamen tertia venae sectione  
 mitigatus demum penitus euanescit; ternis vicibus  
 nunc indies datur cochleare minus pulueris ex Tem-  
 perantis salino-camphorati (q) partibus duabus, Lac-  
 tisque Sulphuris parte vna compositi; ultimam venae  
 sectionem quarto die institutam, nariumque haemorr-  
 hagia hodie bis adventante, exceptam, insignis  
 comitabatur virium iactura cum alio lubrica, nocte  
 sequenti quinques deposita. Quinto die intercur-  
 rit vomitus et vrinae claustrum nondum referatum  
 doluimus; Mixtura iam consulitur ex spiritu salis dul-  
 cificato, aqua petroselini et syrupo Altheae composita,  
 quauis altera hora cochleatim ingerenda; vespera nunc  
 et sequenti mane parcissima vrinae sanguinolentae co-  
 pia, semiuncia vix nempe per vrethram stillauerat;  
 aluus hodie adhuc est lubrica, pulsus celer debilis,

vomi-

(q) Constat ex Nitr. depur. Tart. vitriolato et Camph.

vomitus adhuc intercurrens, tūsīt interdum; dantur  
iam praeter mixturam paruae doses Mosci orientalis  
cum sacharo triti. Noctu dormit, frequenter tamen  
aluum deponit sed parce et cum ani tenesmo. Sep-  
timo die leuis lumborum dolor per vices recurrit et  
nigra euomit, lotio per nyctemeron rursus impedito,  
ad vomitum compescendum cum Mosco vicissim ho-  
die propinatur haustus salinus Riuarianus. Noctem  
transegit cum interrupto somno, qui octauo etiam  
die intercurrit, vrinam aliquam misit citrinam haud  
diaphanam, postea claram, limpidam; vomitus iam  
cessantis locum occupat intercurrens singultus cum  
profusa narium haemorrhagia; abdomen erat omnis  
doloris expers, aluus quinquies soluta; decoctum cor-  
ticis peruviani largis hodie dosibus sumtum continuat  
tota sequenti nocte, qua aluum sexies depositus. No-  
nus dies recrudescentem aduexit narium haemorrhagiam,  
tusī nonnunquam molestante, adauctam, praescribitur iam praeter decoctum Corticis, mucilagine  
gummi Arabici et syrupo Diacodii nuprum, Laudanum  
Sydenhami liquidum, Spiritu Vitrioli, Aqua Men-  
thae et Syrupo quodam temperatum, alternatiue po-  
tandum; lotii fluxus adhuc perrexit bonus, et post  
meridiem nonnullus adfuit somnus; attamen iam con-  
uelluntur extremitates superiores. Ultima nox som-  
nolenta, somni tamen, alui aperturæ et vrinæ fluxus  
rursus omnino expers; die decimo et lugubri leuis  
ex ore manauit sanguis, persistunt conuulsiones, cum  
pulsu celeri et debili, demum profunde spirans mo-  
ritur,

ritur. Cadauer secuimus pinguissimum, cuius abdomen reclusum, sequentia notatu digna nobis exhibuit colon scilicet intestinum integrum, expansum et inflammatum; concavam hepatis superficiem simili inflammatione affectam; fellis vesiculam insignis magnitudinis, bile extensam; renes quasi a maceratione mollissimos et flacidissimos, tanta adipe circumdatos ut eorum compressio praeternaturalis, exinde oriunda haud inique statui potuerit; eorundemque dextrum ad dimidium saltem minorem sinistro, qui tamen magnitudinis naturalis erat. Reliqua prorsus secundum naturam. Praeter immensam pinguedinis renalis congeriem tanquam probabilem valde huius Ischuriae causam, renes lustrantibus, obuiam, abdominalem adhuc notamus inflammationem, solitis ante mortem signis, hic minime detegendam. Et sane Morgagni (*r*), Haeni (*s*), aliorumque illustrium virorum de his inflammationibus obseruata legendo meaque similia nonnulla attendendo, admiratione fere obstupui; ex quo autem ventriculum aliquando hominis cholera defuncti secueram, et mox quidem modice rubescensem inuenieram, post horas autem circiter quinque dein magis, et ante oculos quasi magisque inflammatum maculisque liuidis et nigris obsessum, recognoueram; paululum dubitare incepi, numne inflammations istae, obiun-

(*r*) I. c. Epist. XXI. Art. 9. et 17. Epist. XXIX. Art. 10. et 11.

(*s*) Rat. med. Tom. VI. p. 263. Tom. XIV. p. 11.

ob iunctam, in visceribus acerrimo alias sensu prae-  
ditis, indolentiam, saltem mirabilissimae nuncu-  
pandae; numne hae inquam reapse et semper ante  
mortem adfuerint.

C. ISCHURIAM vrethralem hydroceloden (*t*) ab ex-  
terna causa natam et morte breui determinatam hyeme  
a. 1781 vidi in nauta mercenario, qui inter labores,  
insignem ab assere quodam, in membro virili contu-  
sionem, vrethrae rupturam inducentem, passus erat.  
Per aliquot dies a chirurgo quodam remediis internis  
camphoratis, et venaefectionibus nonnullis absque  
fructu tractatus, solum, aliis nautae ex famulo chi-  
rurgi naualis in medicum se mutantis, iam simul ad-  
hibuit auxilium; ego denique ab amico quodam ro-  
gatus hunc adii aegrotum illumque inueni angusto,  
calidissimoque cubiculo inclusum, alexipharmacis es-  
tentia, spirituosis et quibuscunque calefacientibus me-  
lici ridiculi suasu imbutum, multis sordidisque obru-  
um stragulis, operose iam, antequam locum adfectum  
letegere valerem, desumendis; scrotum demum vidi  
otum tumidissimum et liuidum, penem pariter turgi-  
lum, certo imprimis loco acute dolentem; abdomen  
rat tensum, dolorificum, et hypogastrium eius lenis-  
imae quoque contrectationis impatiens; cruciatum ar-  
oremue scroti continuum, ad quoduis mingendi  
onamen insigniter exacerbatum, eiulatu indicabat  
ristissimo; pulsus in carpo deprehendi contractum  
et

(*t*) Cl. Sauvages l. c. Tom. II. pag. 537. Sp. 40.

et celerem; sanguis tempore laesione parcus, post nullus, lotii autem fere nihil exinde per vrethram manauerat. Eadem vespera post tusam rursus venante suafore, ad Nosocomium Fridericianum regiū ferebatur eeger, curae nunc committendus amī mei Dni. Winslovi Nosocomii chirurgi primarii atqu dexterimi, quem fortuito in platea mihi occurrente de fatis aegrotantis nostri certiorem feci; post venae sectionem in Nosocomio repetitam, exercitatissim faustissimaque manu cathetere instructa, vrethra quidem mox detexit rupturam, at iudicium tamen suspendit in prognosi cautus verus iste Machaonis filius denec cadaueris inspectio paulo post verissimum confirmaret adsertum; optima caeteroquin, de funest licet exitu persuasus, artis suae, laudabili, qua polle dexteritate, adhibuit auxilia; incisionibus nempe lotium in textu partis affectae celluloſo filtratum euacuare, anodinis horrendos consopire dolores, gangraenam praesentem congruis epithematibus, cortic peruviano &c. inhibere, totis quidem sed frustra ad nifus est viribus, adgrauatur enim morbus magisque, deliria accedunt ferocissima, et pessim quaevis cum pulsu celerrimo et debiliſſimo. Sua et interim, morbum pallandi ergo Paracenthesin supra symphysin ossium pubis instituendam insigni chirurgus, grauiſſimusque Nosocomii commoderato celeberrimus a Consiliis Iustitiae A. Kölpin; post deliberationem autem, antequam fieri posset operatio vitam cum morte commutauit miser aegrotus.

De  
*Variolosis.*

OBSERUATA de variolis in scriniis meis collecta  
voluens, tam pauca parvique momenti inueni, vt iis  
nnixus, methodi alicuius praestantiam nec laudare  
nultum, nec defectum vituperare sustineam; genera-  
ioribus hinc missis, specialibus quibusdam casibus  
recensendis potissimum immorabor, paucos ceterum  
variolosos a me notatos, et elapsa imprimis aestate,  
nihil obuios, respiciens, Dimsdalianam methodum,  
in egregio ejus (*u*) libello expositam, reliquis, ob ite-  
ratum laxantium usum et frigidum regimen, cautelis  
praesertim ab ipso celeberrimo auctore nouissime adop-  
tatis (*v*) limitatam, palmam omnino praeripuisse omni-  
busque mihi notis, praferendam censeo. His praemo-  
nitis, specialia iam tangam. Anno 1778 curae meae com-  
missos habebam, b. Dni Dahl Helsingorani olim sena-  
oris nostrique fautoris, quatuor liberos, bona tempe-  
rie, molli et transparente cute praeditos, excepto  
filio minimo natu cachectico, qui conuulsuam tussim  
praeterea passus erat, eamque, adgredientibus variolis,  
monum penitus superauerat; in unico paruo cubiculo  
cum matre dilecta, multis, dum opibus valeret, cara-  
degebant omnes, non lectissimo sane victus regimine  
si, adeo diuerso tamen discrimine aegrotabant, vt

**B** omnes

(u) Present method. of inoculating for the Small-Pox.  
1767. 8.

(v) Thom. Dimsdales Schriften über die Einpfropfung  
der Blättern, pag. 295. 1782.

omnes quatuor sanaturus, diuersissimam medendi  
tionem adhibere opus habuerim; etenim puella  
fraterque 10 circiter annorum, post leuem trium di-  
rum febricitationem variolas naeti sunt numerosas  
quidem satis, sed adeo mites, ut bonam diei parte  
sub toto morbi decursu extra lectum versantes, fen-  
stras aperiendo, multamque aquam frigidam succi-  
vegetabilibus acidulatam potando, proprio marte, vi-  
gente eruptionis febre, solamen sibi parare potuerint  
calorem, anxietatem et cephalalgiam nocte quoquā  
fugabant mora extra lectum, abstinentia a somno e-  
aura frigida, fenestra nonnunquam desumpta, libera-  
liter admissa; ceterum iusculis auenaceis, hordeaceis  
cerasorum fructibusque horaeis maximam partem vi-  
tam et vires sustinentes, nullo medicaminis gener-  
egebant, praeter aquam laxatiuam Viennensem cum  
fale seidlicense, quotidie fere, durante morbo, ac  
modicam alui lubricitatem, cochleatim sumtam, e  
variolis desquamatis, integris praebiis aliquoties por-  
rectam; hoc vero simul monendum est, febris e  
cephalalgiae mitigationem partim adscribendam venire  
aque frigidae externae adplicationi, qua praeterea vari-  
olas non solum tres in pueri huius oculi sinistri tunica  
adnata eruptas, breui dissipatas et pustulas in eius et pu-  
ellae facie, numero, volumine et rubore diminutas ob-  
seruaui, sed etiam in aliis variolosis eandem exinde  
vtilitatem saepius animaduerti; addere quoque liceat  
me his aegrotis ob iustas causas, omnibusque aliis  
maturefcientibus variolis, abstinentiam ab aëre libero

vel

vel multum frigido, iniunxisse, face hic praeeuntibus celeberrimis viris Arch. de Berger (*x*), Prof. Tode et Dr. Buchhave (*y*), cuius cautelae praestantiam, observationibus in medium prolatis, nuperrime comprobare adnitus est inclytissimus ipse L. B. de Dimsdale (*z*); sed de variolis benignis hic solummodo sermonem esse, sciat lector; variolis enim nigris, confluentibus, petechiis vel febre putrida sociatis, correptos, ab intensissimo etiam aeris frigore semper arcere velle, vitium foret, me iudice, vix condonandum, cum de eximia eius virtute non solum in febre putrida, sed etiam in variolis malignis, indubitatis iam diu constiterit experimentis; morbum quoque variolosum, metastasi cutanea perfecte iudicatum, optime censet Ill. Stoll (*a*), pua finita, non amplius cum febre variolosa, sed cum lia quacunque, ut plurimum populari rem esse existimat. Ego sane de utilitate frigoris in dictis casibus autopsia euictus, alterum fratrem 19 annos natum, studiosum, pessimis decubentem variolis, in omnibus morbi epochis frigido aeri, modo anni tempestas permisisset, exponere haud timuissem. Orsus est norbus eius a lassitudine dolorosa, horripilationibus, cum aestu alternantibus, dolore capitis, dorsi et lumborum, vertigine, anorexia, siti, vomituritione, somno-

B 2

nolen-

(*x*) Cl. Prof. Todes medicinisch-chirurgische Bibliothek, funften Bandes zweytes Stück, Pag. 428.

(*y*) Coll. Soc. Med. Havn. Vol. I. pag. 72.

(*z*) Schriften, pag. 295-297.

(*a*) Rat. med. Part. II. pag. 230.

nolentia, vigiliis nocturnis et praecordiorum anxietas  
lingua erat sordidissima, os amarum, epigastrum  
expansum, ponderis grauantis sensu oppressum, a-  
taetus impatiens, abdomen tumidum, inflatum,  
umbilicum acerbe dolens; sudat, extra lectum ex-  
recusat; pulsus erat celer et debilis, alius liquic-  
Aquam mox propinaui laxatiuam Viennensem cum Ta-  
taro emetico, quae multam sordium biliosarum vi-  
ore et ano exturbauit, dolore abdominis mox di-  
nuto. Mixtrum tum dedi salinam, magna copia i-  
gerendam et regimen frigidum adlatum stricte adhi-  
bendum consului. Quarto die paucae in facie, pectori  
et manibus erumpunt papulae, febre et symptomata  
bus vix remissoribus; vespera subdelirat; furis a-  
ponuntur episistica. Nox satis quieta. Quinto  
die mens sana, pustulæ vix numerosiores; sed petechiae  
multæ in pectore, dorso et femoribus adparue-  
rant, epigastrium adhuc erat grauatum, abdome  
nondum doloris expers, lingua adhuc impura. Sumi  
hodie laxante cum bono effectu, dabatur Spiritu  
Vitrioli larga copia in potu sumendus. Sequens no-  
bona. Sexto die variolæ in facie densissimæ cor-  
fluunt, et passim in corpore complanatae, depresso-  
ac liuidæ conspicuntur, cum petechiis interspersis  
facies et praesertim hypopia insigniter tument; sopor  
rositas magna; palatum, lingua et labia, pustulæ  
multis albidis referta. Dedi iam Decoctum cortici  
peruviani cum Spiritu Vitrioli, renouatis insuper ep-  
ispasticis, furis iam et brachiis, applicandis. Septim-

e ptyalismus incipiens, mox copiosus; alius immo-  
gera; hinc dictis remediis iungebatur aqua laxatiua  
lita, quotidie vel alternis diebus pro necessitate in-  
erenda: pustulae dein sensim magis eleuatae die  
undecimo albescunt, passim arescentes; petechiae pau-  
tim dilutiores fere disparuerant; detumescente iam  
acie, intumescunt manus; febris vix ullum vestigium.  
Noctes fiunt tranquillae, viribusque magis magisque  
edeuntibus, conualuit aegrotus, solis laxantibus saepius  
sunt, demum prorsus restitutus.

MINIMUS natu frater 7 annum ingressus, in eo-  
dem lecto cum fratre maximo natu cubans, variolis  
optimae notae discretis inficitur; hic paulo aliter, ra-  
tione pectoris habita, tractatus, bene quidem superauit  
variolas, quibus autem deciduis, superstiti adhuc tussi  
accedunt sputa purulenta, sanguine haud raro mixta,  
neetica febris, virium et carnis consumtio; matre  
autem interea febre putrida laborante, multis modis  
male habitus fuit misellus. Ego autem, ullam vix  
medicinam, morbo ad tantum gradum prouecto, sanan-  
do parem existimans, ad corticem peruvianum nihilo-  
minus configi, cuius decoctum Oxymelle scillitico  
iunctum exhibui, prosperrimo omnino fauente suc-  
cessu; matre autem paulo post defurcta, et puero  
ab hinc continuis vietus erroribus adhuc magis expo-  
sito, morbi in peius relapsum quotidie timui; iuu-  
men autem Corticis usum iamiam secutum adspiciens,  
atque hinc sanationis spem superesse aliquam iudicans,

puerum nunc vitae periculo eripere etiam atque etiam optauit; hac itaque mente coram Nosocomii Friderici Medico ordinario Prof. BANG, qui hos seminuferat aegrotos, praegressam interpretatus historiam, ab eo impetrauit, ut precibus et aegroti miser permotus, introitum eius in Nosocomium permittere; illum autem videns, de eo mox aetum esse, pronunciat; in usu tamen decoeti a me praescripti perseverare consultum fuit; hoc vero a quarto et vigesim die Septembris, sub meliore regimine ac commutatis sensim cum viribus redeuntibus morbi symptomatibus ad octauum usque diem Octobris eiusdem anni serie haud interrupta usus, iam adeo conualuerat, ut leuisima tantum tussi superstite, medicamentum iam seponeret medicus, quod tamen, sex diebus praetermissis, ob tussin adhuc pergentem, repetere coactus fuit; ulceribus nunc denique in capite eruptis, prorsus sanatus die decimo octavo huius mensis Nosocomium reliquit Orphanotrophium Regium ingressurus, ubi rotundum et vegetum hunc puerum postea aliquoties, nec sine magna animi laetitia, confexi.

Ex adlatis his casibus prono iam fluit alueo, idem contagium variolosum diuersissimos produxisse effectus ex singulari omnino atque incognita individuorum constitutione deriuandos. Nota haec (*b*) veritas paucis aliis

(*b*) Cl. van Swieten l. c. Tom. V. pag. 30. No. 11. et pag. 35. Cl. Plenciz de scarlat. pag. 63. Cl. Monro

iliis historiis, breuiter enarrandis, adhuc magis confirmabitur. Aestiuo tempore A. 1780 ad duos pueros variolos curandos, a patre sutore paupere (in platea vulgo Skindergade No. xi.) vocabar; maior natu 13 annorum quatuor iam diebus aegrotauerat, et initio quidem horroribus, dein aestu, cephalalgia, siti, anorexia, nausea, scrobiculi sensibilitate insigni, anxietate, dolore graui lumborum, aluo lubrica, viribus magnopere deiectis; pulsus erat celer, sapor malus et stupor notabilis; hodie eruperunt papulae, febre et symptomatibus eodem tenore continuantibus. Regimen praescribitur adlatum, propinatur bono cum effectu laxans, epispastica adponuntur suris. Nox inquieta. Quinto die variolae densissimae ac minutissimae in facie confluunt; os variolis plenum; fauces dolent; debilitas enormis cum pulsu paruo et valde celeri; hinc dedi decoctum Corticis Peruviani. Nox insomnis, deliriis turbata. Sexto die variolae subsident, maculis multis liuidis, in dorso et extremitatibus, conspicuis; deglutitio difficillima; facies haud tumet, nulla saliuatio. Magno vesicatorio tegitur iam collum, non omisso Vitrioli Spiritu, decocto Corticis saturato et potui, magna quantitate miscendo; septimo autem die mane efflavit animam. Minor autem frater sex annorum iuxta hunc variolosum decumbens, variolas passus est paucas, discretas, benignissimas,

B 4

mori-

Account of the inoculation of Small-Pox in Scotland.

Cl. Cullen First lines of the Practice of Physic § 606.

Cl. Dinsdales Schriften, 7 Cap. pag. 376.

moriente fratre, erumpentes, quibus paulo post d  
ciduis, solo laxante, aliquoties repetito, perfecte san  
tus erat. Eandem felicissimam sortem nostra est forc  
II annorum puella, priori anno variolam lymphaticam  
passa, quae febre eruptionis laborans, fraude qua  
obtrudebatur Nosocomio Fridericiano, ubi method  
simplici, descriptae haud assimili, paucis septimani  
tractata, sana Nosocomium deseruit.

PAUCOS denique casus, elapsa aestate, mihi ob  
uios, addam.

DIE sexto et vigesimo Julii h. a. ad filium praef  
fecti cuiusdam militaris eclampsia correptum accerse  
bar. Puer iste octo annos natus, a teneris vnguiculis  
morbo venereo a nutrice infectus et perillustris Archia  
trorum Comitis BERGERI cura sanatus, iam tertio die  
motibus febrilibus, pectoris oppressione, anxietate,  
vomituritionibus, capitis et dorsi dolore infestatus  
erat; scholasticis tamen exercitiis semper et hodie ante  
meridiem interfuerat, donec ob exacerbata sympto  
mata a ludimagistro admonitus, iam domi remaneret.  
Superato ante aduentum meum paroxysmo, me co  
ram querebatur anxietatem adhuc molestissimam,  
dolorem capitis et dorsi insigniter adgrauatum; pul  
sus erat celer, contractus, lingua alba, mucosa;  
comilitonibus eius duobus, eodem tempore sub me  
is auspiciis, variolis confluentibus, etiam hic va  
riolas

riolas et quidem discretas (c) benignas, breui prorup-  
turas auguratus sum; auus autem paternus, cuius  
hospitio fruebatur puer, eundem variolas, vere pree-  
gresso, non quidem numerosissimas, sed tamen ge-  
nuinas, iam subiisse, subridens adseruit, iudicio et  
auctoritate fretus medici, munere et praxi celebris, qui  
per aliquem sibi ad manum, chirurgum, ni fallor,  
pus variolosum, ex sorore dicto tempore vna cum  
aegro nostro et aliis liberis in paterna domo variolis  
adfecta, desumtum, sibi adferri curauerat, quo ad va-  
riolas arte producendas, cum optato, ut putauerat,  
effectu, usus fuerat, an vero exspectato, iam iudi-  
cabit Lector; hinc ad aegrotum reuertar, continua-  
tam morbi historiam daturus; auditum laudati Medici  
præfagium, suspensum meum mox tenuit animum, licet  
corporis peripheriam attente lustrando, ne minimum  
quidem variolarum indagare possem vestigium. Poti-  
onem exhibui emeticam ex Tartaro stibiato, Aqua  
simplici et Syrupi pauxillo, conflatam, partitis haustibus,  
ad effectum ingerendam, vna cum sinapismis, suris ad  
ponendis. Nox post motam emesin et aluum tran-  
quilla cum somno aliquot horarum. Die vigesimo  
septimo varia in facie conspiciebantur agrina vario-  
larum, quae in manibus et pectore quoque sparsae  
adparuerant, febre et reliquis symptomatibus tum pa-

B 5

rum

(c) Confr. Cl. Sydenham Oper. 1736. pag. 80. Van  
Swieten l. c. Tom. III. pag. 419. Tom. V. pag. 49.  
Cl. Rosenstein Kinderkrankheiten, 1781. p. 77. 78.  
Cl. Plenciz de Variolis pag. 97. et Cl. Cullen, l. c.  
§. 631.

rum mitescentibus; puerum hinc lecto exemptum nur  
in cubiculo ambulare, quantum vires sinerent, nur  
sedili insidere hortatus sum; aëri pluuiis ventisqu  
temperato, liberum, referatis fenestrīs, conceder  
aditum iussi, refrigerantem in ceteris diaetam cor  
sului, et Mixturam ex Sale acido Tartari, Nitro de  
purato, Aqua Melissae et Syrupo confectam, cochleatin  
forbillandam, praescripsi; aui autem paterni, aegrot  
patris in iuuentute variolosi aque dexterrimis Chirurgi  
b. Conf. Iustit. Crügero et B\*\*\* methodo toto coel  
diuersa, tractati, adhuc memores, puerum, me abeun  
te, bene tectum tenebant fenestrasque probe clausas  
non, nisi me aduentante, aperiendas. Die vigesimo  
octauo variolae in facie confertissimae pluribus locis  
confluent (*d*); aluum segnem sollicitaui Aqua laxatiua  
fractis dosibus, ad effectum sumenda; faciem et oculos  
tuebar lotione frequenti frigida et panno adpenso viri  
di, camphora imbuto. Die primo et trigesimo saliuatio  
incipiens; facies insigniter tumens vna quasi vesica  
obtecta videbatur; pustulis autem non bene eleuatis  
passimque depresso cum pulsu debili, Mixturae ad  
latae Camphoram adposui; nonnunquam pauxillum  
vini concessi et epispastica renouanda curaui; hinc  
pustulae sensim magis fastigiatae flavescent, sed fauces  
dolent, saliuatio fit viscida, aegre respuenda, deglut  
tio difficultis. Vesicatorium, me suadente, collo adpo  
nendum

(d) Variolarum confluentium malignarum, conuulsiones, venturam eruptionem, praecedentes, infecutarum exemplum relatum est Cl. Monroe l. c.

nendum recusabat auia; graui iam surgente tussi, Mixturae loco propinaui Emulsionem Camphoratam et Syrupum Diacodii cum Laudano liquido Sydenhami. Gargarisma ex Deco<sup>cto</sup> Dauci hort. cum Oxym. scilicet. admittere noluit aeger iam morosus. Die tertio Aug. saliuatio tenacissima, suffocationem minans; somnolentia insignis; laxans hodie porrectum euomuit; versus vesperam subito vocor; aderat iam strepitus aliqualis pectoris cum orthopnoea et anhelatione insigni. Epispasticis nunc ex Raphano rusticano acerri-  
mo et vini aceto confectis, collo, suris et brachiis, impositis, tria Tartari stibiati grana in aqua soluta aliquot horarum spatio consumsit, nulla emesi, sed alii laxitate, noctu infecuta, quae tamen postridie prorsus euanuerat; hodie peccus melius; variolae iam exsiccati coeptae olidissimum spargunt foetorem. Ker-  
mis mineralis granum unum cum Gummi Arabici scrupulo uno aliquoties de die sumtum, exscretionem optime promouet; tumor manuum, subsidente iam facie, inceptrus, applicatis ibi epispasticis, augetur, atque aegrotus vires sensim recuperat, solis dein la-  
xantibus, septies repetitis, ad plenam usque sanitatem, quarta exeunte septimana, securam, usus.

SOROR autem 6 annos nata apud hunc fratrem, variolis eius ineuntibus, pluribus noctibus dormiens, cuique Medicus ille, patre internuncio, integrum, his quoque diebus, a variolis immunitatem declarauerat,

acu punctiona, ad mentem Cl. Gatti (*e*) inter pollicem et indicem alterutrius manus ex improviso, ut opinor nobisque insciis, facta, pustulam vnicam iusitiam adquisiuerat, cuius genuinam indolem monstrabat subaxillaris dolor cum eruptionis febre, die nono Augusti infecuta et vndecimo huius paucissimis tunc et benignissimis variolis erumpentibus, prorsus finita. Alian medicinam nauseans laxanti scopo solum iuscum prunorum, virtute Sennae imbutum, infectione adparrente, eruptione imminentे et pustulis euānidis, aliquoties ingessit; auia autem iam frigido regimini meaque dexteritati plurimum confisa, potum frigidum acidulatum puellae assiduo instillat omniq[ue] morbi tempore a cubiculo arcet, adque liberrimum aërem me quoque inuito, hauriendum cogit.

H[is] animaduersis, liquet, pus variolarum confluentium insitum, mitissimas discretas producere posse variolas; neque hanc insertionem tentare timuit Cl. Dimsdalius (*f*). Si autem relatis, quae hic refero, fides habenda sit, tuto exinde concludere licet, aut variolas spurias a Medico illo fuisse insertas et progenuinis habitas, aut aegros hos meos veris bis laborasse variolis; ultima autem sententia, annosa Werlhofsi (*g*), Swietenii (*h*), Rosensteini (*i*), Dimsda-

lii,

(*e*) Vid. Nouv. Reflex. sur la pratiq. de l'inoculat. 1768.

(*f*) Schriften pag. 355. 356. et pag. 368-370.

(*g*) De var. et anthr. Oper. cit. pag. 477.

(*h*) Com. in Boerh. Tom. V. pag. 10. 14.

(*i*) I. c. pag. 203.

līi (k), pluriumque celebrium medicorum experientia, dudum refutata, priorem omnino amplecti fas est.

EXINDE quoque colligere mihi primum fuit, variolarum insertionem neque spernendam esse, quamquam naturalis contagii, in corpus iam suscepiti, iusta adfuerit suspicio; vero enim simillimum mihi est vi sum, puellam ante hanc insertionem miasma variolosum naturale in sinu iam gesisse, postea legi *Dimsdalium* (l) experientia iterata de hac re conuictum talem insertionem iam antea commendasse.

DENIQUE et hoc didici, Medicum et famae suae, et insertioni, et inferendis melius consulturum esse, si ipse pus variolosum colligendi munus in se suscipere, neque tamen absque praeuiō examine, oculis et animo instituendo, haud dignatus fuerit, aut spartam hanc collegis cautis artisque recte peritis demandauerit; simplicem enim pustularum adspectum vel peritissimum quoque fallere posse inter alios quoque monstrauit *Dimsdalius* (m), cuius adserti veritatem aliquoties et nuper ante paucos menses autopsya confirmatam vidi in tribus liberis (in platea Gammel Mynt N. CLXVI commorantibus) quorum breues historias colophonis instar iam dabo. Fratres duo commilitones filii praefecti militaris, unus 10 alterue 9 nondum annum  
emem-

(k) l. c. pag. 320. et seqq.

(l) l. c. pag. 358. seqq.

(m) l. c. pag. 326.

emensus, quorum valetudinis curam quinque iam annis gessi, ultimo Iunio h. a. variolis corripiuntur lymphaticis, externa forma a genuinis primo visu non abundantibus, praeuia vnius diei aegritudine adeo leu ut ante factam eruptionem non vocarer; ego autem praegressis pensitatis, pustularumque cohortibus accutius perlustratis, parentum de variolis benignis naturalibus conceptam spem fore irritam, mox indicauit quam praedictionem euidentius adhuc ratam fecit morbi terminus, intra vnicam septimanam prorsus exactus nullo pustularum relicto vestigio. Soror denique exeunte aetatis lustro, leuem hunc simili sorte sustinuit morbum. Nullum, exceptis laxantibus, medicamenta adhibui. Aliquot vero septimanis elapsis, ipsissimi pueri naturalibus decumbunt variolis, et quidem discretis, optimis, numerosioribus autem in minor natu, qui febrem ideo suppuratoriam sat grauem, dissectis licet saepius variolis, passus fuit; huic etiam Laudanum ad cl. Sydenhami mentem multo cum leuamine porrexi; vtrumque autem, laudato regimine, Mixtura adlata refrigerante sine Champhora et iteratis laxantibus, paucarum septimanarum curriculo, restituit stigmatibus de cetero notatus est ianior, non autem ille, cuius pustulae non apertae fuerant. Sorori, cuius salutem curae diu cordique habueram, quamque fratrum variolosorum commercio priuare nequieveram, miasma variolosum, ex pustulis iunioris fratri bene naturis, sumtum, vnicco praemisso laxante, ope lanceolae inter pollicem et indicem vtriusque manus, inuitus licet,

icet, die 27 Iulii h. a. inferui, quanquam omnino  
oniicere liceret, puellam hanc iam naturaliter suisce-  
nfectam, neque a proposito me deterruit insertionis  
contraindicans a nobilissimo *Dimsdalio* (n) memoratum  
et in puella hac diu, proh dolor! a me suspectum;  
puellam hanc vidi recens natam, quum matri puerperae  
nedicus essem, pulchram, bene nutritam et sanissi-  
nam ad dentium usque eruptionem, summa difficultate  
peractam, insigni gingivuarum inflammatione, pty-  
lismo et eclampsia frequenti, stipatam. Dentes eruptae  
lauescunt, nigrescunt inque frustula dilabuntur. Ca-  
put semper fuit magnum, ad corpus non proportiona-  
rum, ante duos annos futuris et fonticulis tactui di-  
finitae obuiis, diuisum, fronte ante faciem praeterna-  
aturaliter protuberante, instructum; nunc tamen corpori  
magnitudine magis est conueniens absque sensibili fon-  
ticulorum et futurarum vestigio; abdomen est molle,  
aud tumidum, spina dorsi aut ossa non incuruata aut  
lio modo laesa; est admodum vorax, emaciatur in-  
ies corpus, integrum fere manum saepe quasi in-  
inctu quodam profunde in fauces immittit; saliuatio  
urgia intercurrit; per sesquiannum difficulter per oe-  
ophagum transeunt ingesta, quae vel reascendunt et  
uminationem quasi inferunt, vel magna cum copia  
muci tenuioris ore reiiciuntur; nec stare recte, nec  
edibus incedere, nec loqui potest, insignem appetitum  
amoribus et gestibus singularibus indicans; oculi  
saepe mire torquentur; sensibus tam internis quam  
exter-

(n) I. c. pag. 287. 288. cfr. Cl. Monro I. c.

externis valde obtusis gaudet, matrem et famulam suissimam aegre agnoscit; vrinam semper et feces, bene caueant famulantes, elabi sinit; virgam non horret; sub flagellatione et lapsu fortuito ridet; vermis non euacuauit vnquam, licet Rheum cum Mercurio dulci nonnunquam propinauerim. Balnea frigidum adhuc tenella esset, consului, quod consilium aliquot annos, examine puellae praemisso, renouauit eximius Practicus cl. *D. de Meza*; sed modo vni vice dicto obedierunt parentes, nimis durum nostru[m] consilium rati; sed unde digressus fui, iam redeo, a inoculationem scilicet, cuius signa manifesta die 3 Iunii adparuere; praeter laudatum regimen, manus, dein faciem aqua frigida lauanda iussi sub eruptione febre, quae die tertio Aug. vespera incepit cum ita quietudine, pulsu celeri et rubore faciei. Integrarunt Aquae laxatiuae, binis Salis Seignette drachm acuatam, postridie partitis praebiis, sumfit et repetit die eruptionis vniuersalis, quo febris prorsus euanescat. Ex centum circiter eruptis pustulis faciem occupabant triginta, quae die duodecimo exsiccabantur paulo post deciduae, et laxante tum aliquoties iterato, breuiter in pristinum statum redacta fuit, absqueulla tame morbi chronicu[m] mutatione sensibili.

### De *Pleuritide biliofa.*

HYEME 1781 mihi obuenit femina plebeia vnuerit et viginti annos nata, post febrem intermittenter icter

ctero stipatam et ante tres hebdomades superatam, aletudinaria et hystericas affectibus dedita, quae trius iam diebus febricitauerat cum cephalalgia, siti, estu, vertigine, anorexia, vigiliis nocturnis, tussi, terti ardore; vires habebat multum fractas, os amarum, linguam sordidam, biliosam, aluum biduo stricam, lotium spastice retentum, pulsus celerem, haud durum; per interualla etiam, hodie autem non, adfuerat singultus; doluit cardia sub tussi et aegre tulit dtacrum. Enema a me consultum fuit neglectum, sed ene vomitorium ingestum, quod multa biliosa excus-  
t, symptomatibus mox multum diminutis. Postri-  
ie autem, aliis rebus iubentibus, et habitaculum et  
medicum commutare coacta fuit aegra; tetigit autem  
medicus ille cardiam acute dolentem pulsusque iam  
urum, audit intercurrentem singultum, vidi expec-  
orationem mucosam; ergo et hepatidem cum peri-  
neumonia coniunctam, ob vomitorium utique male  
me consultum, exacerbandam; curationem itaque  
pro coelo diuersam ineundam esse ratus, enematibus,  
imphoratis et sanguinis missionibus sexies repetitis,  
sfandam phlogofin radicitus euellere frustra conatus  
uit; morbus enim persistit rebellis, post rixam cum  
prore de amatore suo exacerbatus. Vrinam misit  
irantiam, turbidam; sanguinis emissi serum erat ci-  
num, grimus iam mollis et porosus, iam densus,  
usta obtectus, nunc leui mucosa, dein lardacea, tum  
latinosa et denique lardacea die mortis morbique  
no, quo vesicatorium etiam coronidis loco cardiae

fuit adplicatum. Lethalem inflammationem oculorum visuri cadauer lustrauimus. Dissectis integrimentis et peritoneo, omnia abdominalis viscera prorsufana, sed relative ad corpus solito maiora inuenimus. horum praeterea notabilia erant hepar et uterus; illud magnum, in latere dextro thoraci alte impressum. uterus etiam solito voluminosior, cuius Tubae Fallonianae dextrae hydatis adhaerebat nucis auellanae magnitudine; penitiore indagine *uterus inuentus est duplex, dupli vagina instrutus*; sectione quidem improuide est laesus, satis tamen est conspicuus in Spiritu Vini adhucdum conseruatus. Reclusus peccatus nil contra naturam monstrabat praeter cauam thoracis dextrum eiusque pulmonem naturali magnitudine et extensione diminuta ob diaphragma hic solitius ascensens (*o*); in parte postica quoque rubeditus erat hic pulmo. — Ad biliosas complicationes ab ill. Stollio tam bene rimatas pertinere casum nostrum autumo; suadent id nempe, praegressa, concomitantia, iuventia et laedentia; nec sane in corporis caui quae post mortem lustrare licuit, occurrit aliquid, quo praeconceptrae nostrae diagnosis, vel inceptae curatio officeret; inflammationem enim in postica pulmoni parte inuentam, quod adtinet, quis pro certo adfirme ut illustris Morgagni (*p*) verbis utar, illam non potius  
orta.

(*o*) Nam etiam naturaliter dextra pars diaphragmati magis sursum in thoracem est acta quam sinistra. Vi. Cl. Albin Hist. Musc. honc. Lib. III, pag. 300.

(*p*) I. c. Epist. XLIX, Art. 7.

ortam fuisse a supino cadaueris positu; et hoc quoque concessio, vereor ramen, ne phlebotomia hic potius quam vomitorium censuram incurrat; diserte ait Ballonius "quis nescit, si dolor agnoscat causam in ventre inferiore, non modo non prodesse phlebotomiam, sed etiam saepe nocere, quod adtracto fiat a partibus inferis, et si nondum adsit pleuritis, ea per venaefectionem acceleretur." Neque hic dissentit Ill. Stoll (*q*), qui inflammationem alias ab acri bile ortam, ab aliis diuersam, malignam, venaefectionibus, et antiphlogisticis minime debellandam, censet, atque acrem materiam biliosam resorptam, ad alias partes cerebrum, pulmones etc. Prout quis viscus quoddam ante morbum quacunque ex caussa imbecille habuit, delatam, vel inflammatione tali, vel necrosi adficere, statuit, venaefectionem insuper male hic institutam in aureo suo opere passim lugens; hepar tamen in hoc casu praeuia intermittente (*r*) debilitatum, sanum adparuit, et forsan mortis caussa in tenebris latuit, quia in hysteriarum (*s*) visceribus saepe

## C 2

ne

(*q*) Rat. med. Part. I. pag. 190. Confr. Cl. TODE l. c. Isten Bandes istes Stück pag. 92. de his inflammationibus in analoga febre putrida. Spurias illas censet cum optimis Anglorum Gallorumque medicis, et in putredinem pronas, neque sane iteratis venaefectionibus, fugandas.

(*r*) In hepate praecipue residere intermittentes docuit ill. Senac de recond. febr. indole pag. 10.

(*s*) Cl. R. Whytt sammtliche pr. Schriften, 1771. pag. 307. 323.

ne minimum quidem praegressi morbi inuenitur vestigium. Neque haec subiecta nisi raro vehementibus inflammationibus (*t*) sunt obnoxia; obseruatum quoque est, faburram in prima culina stabulantem validissimas (*u*) excitare posse febres et atrocissimos dolores, veram hepatis inflammationem mentientes. Singula nunc inflammationis symptomata in casu nostro dubia et fallacia perstringantur.

DOLOR scrobiculi non prohibuit vomitorium; tanta enim in hypochondriacis et hysterics interdum obseruatur ventriculi sensibilitas, ut, subitaneo motu, vel unctione corporis in lecto, mox debiles, vertiginosi et ad vomitum proclives euadant, deque se ipso narravit Cl. Whytt (*v*), sibi ob hanc causam ex solianuae apertura, vel minima causa, singularem non-nunquam in scrobiculo ortam fuisse sensationem, ad caput, brachia et minori gradu ad extremitates inferiores propagatam. Hanc ventriculi sensibilitatem inflammationi nimis frequenter adscribi credo, practicis celeberrimorum virorum Vnzeri (*x*), Quarini (*y*) et Todi (*z*), monitis meaeque experientiae hic confisus.

PUL-

(*t*) Cl. Whytt, l. c. pag. 329.

(*u*) Cl. Marcard medicinische Versuche, 1ster Theil, pag. 219.

(*v*) l. c. pag. 340.

(*x*) Der Arzt. 1769. 5. Band pag. 621.

(*y*) Meth. med. febr. pag. 45.

(*z*) l. c. 2 Bandes 3 Stück, pag. 56. 57.

PULSUS fuit durus; esto hoc verum, quotiesne autem pulsus, in febribus biliosis et putridis, fortē et plenum (*a*), inque grauissimis inflammationibus celerem, debilem, exilem, tetigimus? Num autem vtrinque aequē conueniret venaefectio? minime. Frequentem quoque pulsus, ratione celeritatis, fortitudinis et plenitudinis in diuersis non solum aegrotantibus, sed et in eodem aegro, egregie variantis, mutationem, inter symptomata hypochondriaca et hysterica bene collocauit egregius Whytt (*b*).

A TUSSI, grauissima etiam, ad adfectos semper pulmones concludere, grauis est error. Pulmones sanissimos in iuuacula cum petechiis febricitante, nullaque in iisdem tussis validissimae, morbo multum iam prouecto, vexantis, vestigia reperit ill. Stoll (*c*).

DECEPTRICEM esse crustam inflammatoriam, plurima dudum comprobarunt obseruata, ex quibus sequens ill. Stoll. vnice feligere sufficiat, dicit nimirum: se "sanguini emisso atque in vasculis ad id aptis seruato, siue is dissolutior adpareret, siue compactior, siue crusta tegeretur, aut etiam ea carerer, rei utpote supra modum fallaci, parum tribuisse;" adque diagnosis alias notas multo certiores requirit (*d*).

## C 3

## SINGUL-

(*a*) Nath. Pezold von Faulieber, pag. 25.

(*b*) I. c. pag. 447.

(*c*) I. c. pag. 223. cfr. p. 231. Quarin. I. c.

(*d*) I. c. pag. 19.

SINGULTUM haud raro solam indicare primarum viarum faburram, nullum absque dubio bonum fugit. Practicum; hinc neque in principio dysenterise omnino sum habendum esse hocce symptoma monet Cl. Pringleus (*e*), cui lubentissime adstipulor, experientia doctus et propria et Fautoris mei ac Praeceptoris amantissimi Cl. Pr. TODE, qui, fractis Aquae laxatiuas dosibus, febre putrida laborantium singultum, sine Mosco, sine Camphora, sine epithematibus etc. saepissime et felicissime coercuit.

PLURES animaduersiones circa singula inflammationis symptomata hic dubia et fallacia, breuitatis causa cumulare desinimus, verbulum tantum addituri de vomitorii propinati saltem innocentia, quam optime declarat locus ille notatu dignissimus ill. Stolli (*f*), ubi dicit "non pauci, qui dolores in hypochondrio alterutro ad adtaetum auctus querebantur, dato emeticu, liberabantur, ut adeo non omnis dolor acutus ad adtaetum auctus pro inflammatorio haberri debeat." Nec sane ventriculi dolores et spasmos melius, quam illum aqua tepida eluendo, vel faburram anorexia, vomitu et cardialgia se manifestantem, vomitoriis et laxantibus mitioribus, pro re nata, variis, eliminando, compescendos esse docuit ill. Whytt (*g*).

IN

(*e*) Krankheiten der Armee. 1772. pag. 279.

(*f*) I. c. pag. 8.

(*g*) I. c. pag. 580. 3). pag. 581. 4) a).

IN mentem nunc incidit exemplum quodammodo hoc pertinens hystericae, ante quinquennium fere in Nosocomio Fridericiano commoratae, per integras septimanas horrendis singultibns die noctuque absqueulla remissione concussae, cui quinque et sex grana Tartari Stibiati porrigere debuit amicissimus Dnus Winslov. Nec profsus inutilia, nedum mortifera sunt vomitoria, in ipsis pectoris inflammationibus tempore opportuno et caute propinata, praeeuntibus hic Aesculapiis Anglis, quorum solummodo tres, fama et meritis celebriores nominem sc. Pringleum (*h*), Cullen (*i*) et Donald Monroum (*k*).

Ex hoc quoque casu, me saltem iudice, liquet, Medico practico certe cultissimo opus esse iudicio et mente, ab omni praeiudicio et theoretica vanitate, alienissima; denique contendeo, in casu adeo complicato tutius et melius geminum' illud praeceptum hippocraticum ασκεῖν περὶ τὰ νυστήματα δύο ὡφελέειν ή μὴ βλάπτειν, executurum esse quemcunque Medicum, qui regulas aureas saltem quatuor ab ill. Stollo (*l*) latas, seruat et sequitur.

C 4

DE

(b) I. c. pag. 170.

(i) I. c. §. 357.

(k) Feldtkrankh. 1766. pag. 102.

(l) I. c. pag. 75. 76.

DE  
*Ictero periodico.*

AURIGAE vxor 33 annos nata, macilenta & moerori quidem semper, sed nulli alias morbo obnoxia, vitam ab infantia laboriosam in sedentariam ante biennium mutauerat, et sanitate dein nunquam integra valuerat. Nam primo quidem quartana correpta fuerat autumnali per integrum semestre protracta, quacum se sociauit dolor hypochondrii utriusque atrox et regius morbus, per sex hebdomades pertinaciter durans. Medicos et medicinam abhorrens saniora hucusque spreuerat consilia; morbo autem ad tantum gradum eucto, sero sapiens auxilium petiit *Medici*, doctrina et praxi, conspicui. Laudabili iste consilio, prosperrimo fauente successu, soluens illud *Haeni* (m) decoctum, virtute reapte et Medicorum encomiis celebratissimum, in usum traxerat cum pilulis, ex Sapone Alicanthina, Gummi Ammoniaco et Rheo, confectis; his remediis per octo septimanarum curriculum strenue continuatis, euanuit febris rediitque adpetitus cum viribus quoque quodammodo renascientibus; sed medicaminum dudum pertaesae, remanentibus licet dyspnoea et hypochondrii dextri dolore, ulteriore respsuit medelam, solo lactis sero per XIV adhuc dies absque fructu usq;. Ruri paulo post per semestre aestiuom degens nouum mox ieteri insultum passa erat; sed labori nunc magis minusue moerori indulgens, trimestri integro bona satis valetudine fruēbatur.

(m) l. c. P. II. pag. 4.

patur. Hauniam demum reuersus, initio commode  
 a tis valebat, leui tantum hepatalgia superstite; binis  
 autem hic mensibus vix peractis, die primo Nou. a.  
 1780 ex scala delapsus, hepatis regionem margini sub-  
 positae mensae impegerat, vnde mox dolor ad animi  
 reliquum vsque increuerat; excitata praeterea vomitu-  
 tionem et anxietatem insignem questa erat; accer-  
 titus itaque ego deque praegressis instru&tuse pigi-  
 trium inueni expansum, in hypochondrio dextro  
 cerbissime dolens, pulsus celerem durum; sitis erat  
 insignis, aluus stricta. In medendi ratione eligenda  
 non haesitans, quanquam affectum locum lustrando  
 vigilationis nullum detegerem vestigium, venam  
 nox rudentiam iussi, enema suasi emolliens et Al-  
 neae vnguentum volatili linimento remixtum abdo-  
 mini crebro inungendum, vtque Mixturae Salinae  
 anima Rhei nuptae duo quavis altera hora cochlearia  
 umeret, auctor fui; quum autem exinde haud dimi-  
 ueretur dolor vomitusque adeo vehementer abdomen  
 concuteret, vt rupturam hepatis, inueterato morbo  
 afflitti, facile iam futuram, pertimescerem, venae-  
 ctionem reiterauit et Laudani liquidi Sydenhami gut-  
 s viginti Aqua Menthae dilutas porrexi. postridie  
 sparuerat icterus, vomitu, dolore et pulsus duritie  
 trumper remittentibus; lotium miserat obscurum,  
 grecens. Sanguinis educti grumus erat mollis,  
 illa obductus crusta, serum flauum. Effectus nunc,  
 raminis, ill. Swietenii aliorumque magnorum Me-  
 corum praeconiis, eximii, usque Celeberr. Prof.

Tode (*n*) multiplici non minus quam felicissimo comprobati, inire tentamen, constitui, quid veri esset in tatis laudibus quoque hic experturus; huius itaque radi decoctum valde saturatum consului alternis vicibus cum dicta Mixtura ingerendum; alio autem sub humum usu immorigera, decocti adlati vnciis octo semiciam Salis Seignette adposui; hinc lubrica mox a multis diebus viscida, biliosa, foetidissima cum euphoria deposuit, sensim euanuit icterus, decrevit dolor, reuertentibus colore vrinae naturali, appetitu viribus, quibus iam die morbi quinto et vigesim satis firmatis, ab omni malorum sensu immunis de sinitate prorsus restituta, laetabatur aegra; ego autem in Swietenii laudatique Praeceptoris monitis edoctus, induciis his adeoque parum confisus, anguem in herbe posse latere, frustra admonui; spei enim praecognita tenax, futuraque, ut ait, incommoda flocci pendere solta, longiorem penitus recusabat medelem; tribus autem vix interiectis septimanis, ignota occasione, recruduit hypochondrii dolor, sensim adauctus, xiv diebus ad fistigium perueniens, ictero, alui obstipatione et vomitione sequentibus. Iterum vocatus, spasmi dolorisque fricationem emollientibus et anodinis primum compescui studui, cui scopo satisfecit Mixtura ex Oleo oliuaceo recenti, Laudano liquido, Aqua Melissae et Syrupo Diacodii composita; paroxysmo deuicto, Animam Rhizum solutione Tartari Tartarisati exhibui, non neglecto praestantissimo Graminis decocto; disparu-

nus

unc sensim ieterus; alui deiectiones, quas semper  
xacte lustrandas iussoram, feces gerebant flauas, vi-  
des, glutinosas, multa arenosa materia et quasi calcu-  
brum fragmentis, aquae innatantibus, permistas;  
er integras decem septimanas laudatum continuauit  
ecoctum aegra, iam magis docilior, sub continuo et  
modico alui profluvio; viribus nunc lapsis et recidiuis  
buiam iturus, Corticem dedi peruvianum Rheo nup-  
pi, ter de die sumendum; mox autem reliquit urbem  
harmaci continuationem promittens; reuersa est nu-  
er, et dum haec scribo, adhuc est sana.

Vt ut numerosae de calculis cysticis bilariis apud  
auctores cumulantur obseruationes, mirandum est ta-  
men, cur in tanta, causarum praedisponentium, in  
nissimo etiam homine, obuiarum, ne dicam, occasio-  
narium, frequentia, non potius haesint innumerae;  
undi enim vesiculae felleae declivitas, meatus eius  
angustatio, valuulosa structura, obliquitas, cysticae  
dis, ob ventriculum tenuiora exprimentem, horum-  
que per vasa lymphatica resorptionem, inspissatio,  
longior in receptaculo suo mora, difficilis adscensus,  
 magna ad calculosam materiam generandam secundum  
l. Swietenii (o), experimentum proclivitas, eius ad-  
mulsio, vesiculae paralysis, inducta acrimonia,  
ritationem et spasticam constrictionem producens,  
continuo mitioris hepaticae bilis adfluxu auerruncanda,  
omnia, quid multa? sic sunt comparata, vt vnum  
quem-

(o) I. c. Tom. III. pag. 132.

quemque hominem calculis istis scatere ferme iurant. De cysticis hic tantum loquor calculis; quamuis enim acutissimo Marcardo (*p*) hepaticam bilem ab ictu productione minime excludam, et utcunque calculi hepatis sint visi et fors saepius videndi, possunt tam hi adeo esse siti, ut a cysticis non nisi in cadau- possint distingui, et adeo de cetero sunt rari, ut ipsi Anatomicorum princeps ill. Morgagnius (*q*) memoriae prodiderit, innumeras propemodum Valsalua suasque humani iecinoris dissectiones adtendendo, tamen vix uno in iecinore, Valsaluae autem in nullo quod sciret, accidisse, ut talem calculum inuenierit.

QUANQUAM radici Graminis magnam curationem partem tribuo, pertinacibusque morbis, ab obstruptionibus natu- reuera fugandis, parem censeo, tanti tamen non habeo nec Syluji, nec Glissoni, neque meam hanc curationem, ut veram calculi comminutionem, lithontriptica factam, exinde heic duderem, vel fennam hanc a calculis prorsus immunem dicerem, quia experientia et cadauerum sectionibus constiterit, post in cysti fellea et ductibus, praeter calculos maiores minimino quidem signo per plures annos se declarante contineri adhuc glutinosa, fabulosa et granulosa coheres, calculos fractos mentiens, sursum vel deorsum data occasione, eliminanda; eo minus hoc autum-  
qua-

(*p*) l. c. pag. 42. seqq.

(*q*) l. c. Epist. XXXVII. Art. II.

ium ill. Swieten (*r*) qui solo Graminis vſu dirum  
inc morbum profligauit, hoc stabilire non ausus  
erit. Temerarius forsan nonnullis videbitur ausus  
orticem peruvianum propinare, vbi calculi delite-  
entis nondum cessauit suspicio, quum adstringendo  
uleret viam ad duodenum adhuc magis praeccludere;  
nud si autem felleos hos calculos cum iisdem lotii  
omparando, cogitauerint, quanti momenti sit ad-  
tingentium, Vuae Vrsi (*s*) &c. in calculis, ex vro-  
biecis laxatis organis, exturbanis, vſus, mecum  
tebuntur, diuino Cortice nihil hic dari praestantius,  
ec aegre ferent amplius, me monitum ill. Werlho-  
(*t*) practicum hic pluris fecisse quam aliorum mul-  
rum profundum doctumque ratiocinium.

DE  
*Taenia.*

HUNC vermem decantatissima ſaepe anthelmintica  
uifſe et Noufferiano remedio modo ſemel cefiſſe  
di; aliis taenia detentis, hoc remedium, vtpote ni-  
is draſticum, fuadere non ausus fui. Frusta tae-  
niae interdum in febribus Mixtura Camphorato acida,  
el leni dato vomitorio, ano eiecta, obſeruaui. Tae-  
nia integrum in duplo a puella hoc paſto euacuatam  
Spiritu feruo. Autumno 1781 inter aegros meos  
erat

(*r*) l. c. Tom. III. pag. 134-138.

(*s*) Cl. Murraii Adpar. Med. Vol. II. pag. 63. 64.

(*t*) Diff. Epift. de Aurig. ad Ioan. Sam. de Berger, oper.  
cit. pag. 669. 670 et seqq.

erat puella 20 annorum, per multos annos hyster  
habita, quae, cucurbitinis ante oëtidum deieët  
duobus iam diebus dysenteria laborauet. Sumto em  
tico ex Rheo et Ipecacoanha, magnum taeniae frustu  
exonerauit; sub vſu autem Mixturae (u) Manna  
oleosae cum Sale Anglicano, alteram taeniae parte  
tenuiore extremitate instructam, amisit; in summa r  
uem vlnas, quas adhuc feruo; interim autem inflam  
mationis adeo particeps factus est morbus, vt, iterat  
venaeſectionibus et antiphlogisticis, tractari debuer  
A. 1777 Femina 30 annorum, nouem septimam  
cardialgia, expansione abdominis, vomitu ingestoru  
ſanguinis et muci, nec non ſcabie, vexata, deieëtis c  
num taeniae partibus, fatis concesſit. Recluſo abd  
mine, omentum deprehendinus cum peritoneo  
dextro latere coalitum, adeout ventriculi ſitus ſi  
inſigni omenti tensione mutari nequierit; ventricu  
interna ſuperficies paſſim vasculis ſanguine turgid  
rubefcebar. Renes ultra naturam magni, in anti  
ſuperficie liueſcentes.

### *Aliæ ſectiones cadauerum.*

FEMINA 32 annorum per IV fere menses a  
thritica, emaciata, ſub morbo haud menstruata, no  
adpetens, ſiticulosa cum pulſu febrili, variis remed  
camphoratis et veficantibus in caſſum adhibitis, trib  
iam hebdomadibus crurum ſimul tumorem et imm

bi

(u) Vid. Cl. Donald Monro l. c. p. 59.

ilitatem contraxerat; aluus erat segnis, quinque diebus aud soluta; ad hanc ducendam cum effectu dabatur tremor Tartari cum Rheo, dein seri lactis mensura, uotidie bibenda et dosis pulueris, ex salibus mediis, Camphora et Laete Sulphuris, ter de die ingerenda; diarrhoea autem surgente, pulueris loco dabatur aliquoties per diem Tinctura rhei aquosa; sedata diarrhoea, morbo et viribus fractis decocto Corticis Peruiani cum Camphora, in Liquore anodino soluta, obiam ire, fuit consultum; aluus autem iterum mox ubrica, nec adposito Gummi Arabico, nec datis Anna Rhei et decocto albo, septem diebus integris coenda. Dolores pergunt molesti, indies magis maisque emaciatur corpus; remedia sumere recusat; diarrhoea autem silente, mox dolet abdomen tympanitice simul expansum. Sumsit iam Electuarium ex Cortice Peruiano, Rheo, Roob Sambuci et Syrupo Diacodii; hinc sequens nox quieta cum somno et sole; accedunt autem dysuria, stranguria, tenesmus lique strictura; Electuarium nauseat; aluus referatur clysmate, nunquam deinceps nisi hoc modo apienda; tentatur Emulsio Camphorata, cataplasma molliens imponitur pubi; hinc sponte quidem fluxit potum, sed iterum mox retinetur; abdomen valde extensum adtaetum non suffert, visus obnubilatur, iuadit singultus, et denique mors.

PRAETUMIDO abdomine dissesto, omentum inteniebatur omni pinguedine destitutum; intestinum

co-

coecum et colon in toto suo tractu enormiter expansi ad femoris usque magnitudinem; reliqua intestinorum pars naturalis Hepar erat induratum, in lobo maior tuberculis pluribus minoribus, in minori duobus majoribus, obfessum. In vesicula fellea contracta nullum continebatur bilis, sed calculus, nucem myristicam aquans, viscida flava materia obductus, mori instans tuberculosus, miculis, vndeque in superficie splendens tibus, conspersus. In aqua fundum petit, candela admotus flamمام concipit, et frustulo dissesto, variabile exhibet strata. An bilis cystica resorpta adque articulos praecipitata, loco icteri arthritidem? An in hepatis rursus deposita et cum bile hepatica ad duodenum aduecta, acrimonia sua diarrhoeam produxit temporariam?

VIR 28 annorum dolorem accusabat hypochondrii dextri et cardiae, octo septimanis persistentem, e primis quatuor quidem punctorum, postea tensio cum dyspnoea insigni. Ante XIV dies vena secca era sine leuamine, cum frigore autem, aestu et intercurrente sudore nocturno, infuscatis. Proximo ostiudicuss molestatbat sicca, locus adfectus aegre ferebat adactum; aliud erat naturalis, pulsus celer et durus. Adhibitis duorum dierum spatio, absqueulla mortis mutatione, emolliente cataplasmate, infuso ex Speciebus pectoralibus et Floribus Verbasci, nec non anima Rhei cum solutione Tartari Tartarisati, in usum quoque trahitur Mercurius a Celeberrimis Angli

Lindio (v) et Clarck (x) commendatus, sub vnguenti Neapolitani forma adPLICANDUS; vnde tamen mox de-  
istere iubent vires insigniter prostratae, et manifesta  
suppurationis signa; pedes tument; nunc autem ex  
hypochondrio aliquid defluere sentit, pristino dolore  
nox euānido; abdomen expansum fluctuationem pro-  
dit, vomitu reiicitur materia purulenta, cuius tamen  
n fecibus, enemate eductis, nullum aderat vestigium.  
Aeger iam est debilissimus, pinguia sudat cum pulsu  
celerrimo, vix tactu percipiendo; pallandi ergo, facta  
abdominis paracenthesi, adimitur gemina materiae pu-  
rulentae gryseae mensura; cauum abdominis tepida  
qua iniecta eluitur et medicaminis loco propinatur  
decoctum Corticis Peruuiani, Liquore anodino et Cam-  
phora exaltatum; status autem perseverat miserrimus,  
rigent extrema, accedit hyppocratica facies, et biduo  
post operationem elapso, mors. Abdomine cadaue-  
ris aperto larga materiae purulentae brunnae copia  
dparuit; intestinum colon in toto tractu valde ex-  
pansum; omentum partim consumptum, in pus con-  
versum, partim peritoneo adcretum, et totus quan-  
us hepatis lobus dexter in saccum pure denso reple-  
um mutatus, exigua modo eius laniella in concava  
parte superstite, ibique disruptus erat. Vesica fellea  
et cerera erant naturalia.

## D

## FEMI-

(v) Essay on Diseases incidents to Europeans in hot climates.

(x) Obs. on the Diseases in Voyag to hot Countries.

FEMINA 36 annorum ante xiv dies menstrua dolorem conquesta est in epigastrio haerentem, quatenus extus haud tumet; omnia fere protinus evmit ingesta, cibos non adpetit, sitit, fauces siccescuntur vertigo et cephalalgia omnem abarcant somnum alui deiectiones quodammodo et arteriarum pulsus prorsus sunt regulares; lingua alba. Ad vomitus compescendum porrigitur famigeratissimus Riveri putus sub effervescentia ingerendus; ad cephalalgiam mitigandam brachiis adponuntur sinapismi; vomitato silente, dabatur Vitrioli Spiritus Aqua destillata Syrupo dilutus; cessat nunc etiam epigastrii dolor continuat autem cephalalgia per interualla vehementissima; mens errat nonnunquam. Clyisma pro necessitate iniicitur ano, hirudines applicantur temporibus vesicantia nuchae. Corpus erectum tenere neque Raso capiti imponuntur linteal, aqua frigida et aceta madefacta. Recrudescente vomitu cum linguæ solidie Iulapium datur Salinum, vicissim cum Mixtu Vitriolata sumendum; cephalalgia, applicatis frigida hirudinibus, parum mitescens, de novo mox magis exacerbata surrexit, accedente singultu, vomitu alui obstipatione continuantibus. Exhibetur iam Mscus cum saccharo tritus et caput vesicatorio obtigitum Vrina haeretens clara, aurantia, iam nigrescit et secundum demittit cineritum. Praeter Moscum Mitturam iam sumsis ex Sale Seidlensi, Anima Rheumati Liquore anodino et Aqua Menthae compositam. Pergentibus vero symptomatibus, superuenit epilepsia

aepē recurrens; aegra fit stupida, aphona, delira et oeca; linguam valde densam, mucosam occupant leuscula aphthosa; caput retrorsum torquetur, oculis ex orbita quasi protrusis, cardialgia redit iam molestissima, adhuc vrget grauis cephalalgia. Praeter terata iam saepius epispaſtica per nucham dicitur setaeum, fit in temporibus arteriotomia, e brachio mititur sanguis in vna patella crusta mucosa obteſtus, lias serum vehens cirrinum, grumum densum, spallicium; omnibus autem auxiliis superuacaneis, demum onuulsa moritur aegrota. En vero causam morbi, exquisitissimis artis adminiculis haud vincendam; reluso enim cranio, duo inuenimus ossicula, vtrinque cutissima, durae meningis superficie internae prope inum eius longitudinem superiorem infixae; serum nonnullum, in cornubus ventriculi lateralis dextri cerei extrauafatum et sanguine tintatum. Abdomine perto, viscera adparebant quodammodo fana, excepto epate, cuius conuexa superficies e nigro rubescet; ossicula felicea perimetro et longitudine modicum aequalibat digitum, tunicas insuper gerens valde crassas, allosas et cauum, calculis quatuor magnis, muco denso involutis, integre repletum et obturatum. Bilis nul-  
um vestigium.

FEMINAM 50 annos natam dolor vexabat cardiae, uatuor septimanis punctoriis cum vomititione, siti, morexia, tussi et strictura alui, ante tres tamen dies pluteae; quibus per xiv dies accesserat tumor durus,

sensim latior, totam regionem epigastricam et hypochondriacam sinistram occupans, ad tactum non trans. Aluo enemate et eccoproticis laxata, tum imponitur cataplasma emolliens; superueniunt autem capitis dolores, mox cessantes iterumque recurrentur interdum graues et a frigore orsi cum vomitu omnifere ingestorum, sapore putrido, dolore et stupore brachii sinistri nec non lumbagine. Sumfit Animus Rhei Liquore anodino permixtæ bihorio guttas tiginta; tumori valde dolenti applicatur vnguentum Athææ et dein Emplastrum ex Hyoscyamo et Cicuta compositum; morbus vero persistit inuariatus, intercurrens singultus, alius rursus stipatur, vrina retinetur; utique autem euacuatione, iteratis enematibus, promovetur sequitur tamen mors. Aperto abdomen mox in conspicuum venit tumor insignis, in curvatura minore ventriculi positus, ab hepatis lobo dextro ad lienem ferme extensus, e tuberculis, intus materia sanguineo-purulenta plenis, compositus, ubique coalitus cum adiacentibus, ventriculo, hepate et colo transuerso, quod pondere tumoris ad symphysin pubis depresso era panreas aliud quam tumor iste non adfuit. Hepatis lobus sinister, quamvis naturalis consistentiae ad linem usque se extendebat.

MULIER 38 annorum grauida, ante mensem grue onus gestando, aliquid in scrobiculo quasi dirumpi, indeque veluti corpus quoddam ad hypogastrium descendere sentiit; mox etiam surrexerat dolens lumb

lumborum et cardiae, omnium ingestorum vomitus,  
 et vltimis quatuordecim diebus ieterus. Aluus erat  
 segnis. Datur Iulapium Saluum cum Anima Rhei  
 et locus dolens illinitur linimento volatili; biduo ab  
 hinc praeterlapso, siluit vomitus, vrinam misit auran-  
 tiam, obscuram, crassam. Septimo die accessit dolor  
 hypochondrii dextri; hinc Emulsio propinatur Cam-  
 phorata et bis mittitur sanguis, phlogistica crusta ob-  
 testus crassa. Decreuit hinc dolor; superuenit autem  
 singultus. Tertia vice educitur sanguis adhuc inflam-  
 matorius cum doloris hypochondrii euanescentia, vo-  
 mitu et singulu nihilominus perseuerantibus. Die  
 decimo tussis oritur molesta, aluus stipata enemate  
 aperitur. Die decimo quinto urgente adhuc vomitu,  
 dabatur Anima Rhei cum solutione Tartari Tartarisati  
 et dein Magnesia alba cum Eleosaccharo foeniculi.  
 Triduo iam cessat vomitus; dolor vero, in hypochon-  
 dro recrudescens, inque dorsum et lumbos immaniter  
 saeuens, antiphlogistica denuo et geminam adhuc ex-  
 postulat venaesectionem, qua prima vice prodit sanguis  
 inflammatiorius, altera autem vice resolutus. Dolor  
 persistit rebellis. Die tertio et vigesimo redit vo-  
 nitus, paulo post tamen silet iterumque recrudescit;  
 ussis perseuerat. Aluus iam triduo clausa, referatur  
 enemate; tentatur Anima Rhei cum Liquore anodino  
 et dein potus antiemeticus Riueri sub efferuescentia  
 umendus; omne autem et lenissimum quoque Infu-  
 um Salab euomit, excepta cereuisia, quam aude petiit  
 et retinere potuit. Epigastrium iam tegitur cataplas-  
 mate,

mate emolliente et resolvente Emplastro; tussis len-  
tur Syrupo Altheae, Diacodii et Mucilagine Gum-  
Arabici; noctu vero non subinde delirat, vrina fit re-  
grediens, stranguriosa cum sedimento brunno. Stra-  
guria mitigata infuso Plantaginis aquatica et Radic  
Altheae, die octauo et quadragesimo foetum enixa e  
abortuum quinque mensium; nulla fluunt lochia;  
noctes tamen fiunt magis quietae, vomitus dispare  
sed die quinto et quinquagesimo moritur. Dissecatur  
cadaueris abdomen omentum exhibuit tuberculis mu-  
tis quasi steatomatosis refertum, prolongationem emi-  
tens chordae instar, posteriori matricis superficie ad-  
fixam. Hepar magnum, durum, in tota substantia  
nigrum, sub incisione sanguinem fundebat. Vesicula  
fellea exilissima, contracta, collum habebat crassum  
callosum, et bilis condensatae nigrae exigua cor-  
tinebat copiam. Pancreas erat prorsus induratum.  
Intestina omnia admodum contracta. In pelvi nota-  
bilis visa est abnormitas; vesica urinaria exigua, densa  
sub symphysi pubis recondita et difficulter detegenda;  
uterus adhuc distentus ob praegressum abortum; pon-  
terum adparuit tumor cysticus, caput infantile mag-  
nitudine referens, collo uteri adnexus, intus continet  
materiam steatomatosam, pilis multis intermixtam; ou-  
rium lateris sinistri magnum, nigredens; intestinum  
rectum schirrosum.

In puellae xiv annorum cadavere albissimo, excep-  
tiis meis anatomicis destinato, nuperrime animad-  
uer

uerti cysticam bilem transsudatam, lateque in viscera exinde flauescens, diffusam. Hepar in concava dextri obi superficie ad latus cystis felleae dextrum bis profunde et longitudinaliter ad trium pollicum distantiam, sinistrorum vero prope ingressum venae umbilicalis semel et leuius praeter naturam incisum. Renes, praetertim dextrum, in multas (*y*) inaequalitates externe liuisos. Arteria emulgens dextra hilum renale introiura emittit ramum, qui hilum supergressus superiori dextri renis extremitati inseritur. Vretheres non erant proxime ad renes in ramos distincti; sed mox a receptaculo ampio conico (pelvi renali) renibus immediate adhaerente exorti. Vrachus erat totus imperius, in multos ramos superne distributus, ad umbilicum vix pertingens; vesica vrinaria admodum contracta, crassissima; uterus (*z*) exilissimus, tactu melius uam visu detegendus, magnitudine circiter nuclei Coffeae maioris cum Tubis Fallopianis tamen et Ovariis, effectissimis; vagina uteri angustissima hymene et arunculis tribus myrtiformibus ornata.

In sceleti exinde constructi capite mirus naturae res ossa Wormiana cernitur lusus; occurunt haec, non solum in sutura sagittali et lambdoidea, numerosa,

D 4

poly-

(*y*) Hanc in adultis raram obseruationem olim habuit cl. Ruysch; vide I. c. Obs. LXXX. Fig. 64.

(*z*) Rarissimam hanc obseruationem quoque protulit ill. Morgagnius. I. c. Epist. XLVI. Art. 20. 21.

polymorpha; sed etiam in sutura vtraque squamosa in sinistra harum duo iacent insignia et trapezoidea vnum sc. anterius  $\frac{1}{3}$  polic. latum inter os frontis, apicem alae magnae Ingrassiasi ossis sphaenoidei, angulari anteriorem inferiorem ossis bregmatis et partem squamosam ossis temporum, ultra pollicem se extendit alterum posterius duplo latius ab incisura parietali ossis temporum incipiens, inter scindentes margines utriusque ossis, bregmatis et temporum, ultra sesquipollcem protenditur; in dextra harum suturarum modicum tale os adest, vnguiforme, supra semipollicem longum et  $\frac{1}{3}$  minus latum, in parietali incisura inclavatum. Inter partem mastoideam temporalem et marginem mamillarem ossis occipitis, ossium dictorum congeries areolas (a) format, magis tamen in sinistra quam dextro latere, elegantes.

PRACTICO vsu vix destituta est haec obseruationi si enim sciant chirurgi, in crano denudato naturaliter posse adesse his etiam locis ossium quasi fragmenta, crani ossa, notantibus Albino et Tarino, supernum rariis aliquando suturis a natura diuisa fuisse inueni in crano terebrando exinde fiunt cauti.

LIENEM in conuexa superficie semel tribus et a vice binis profundis incisuris transuersis excavatu inueni.

REN:

(a) Cum Rosis comparauit ill. Rottböll, qui pulchras his ossibus obseruationes Soc. Reg. scient. haun. obtu

RENEM seruo, ante aliquot annos a me deprehensum, cuius extremitates adeunt, praeter arteriam emulgentem hilum intrantem, bini adhuc notabiles rami arteriosi, ex Aorta abdominali supra et infra emulgentem prouenientes, quorum superior simplex superiorem renis ingreditur extremitatem; inferior autem renis extremitati infimae inseritur et quatuor quidem muscularis, in quos paulo ante hanc insertionem est diuisus. Vretherem praeterea habet totum geminum.

IN alio cadavere renem inueni, cuius vrether initio est duplex, medietatem autem musculi Psoae transeundo in unicum coiit canalem.

IN cadavere hominis robusti, senescentis, in carcere demortui, omnes et integras asperae arteriae cartilagineas inueni amplias et penitus ossificatas; imo intra ulmos, saltem in nonnullis ramificationibus.

ALTERUM eiusmodi specimen ante biennium mihi fuerit in cadavere aliis senis, cuius os hyoideum et ryngis cartilagineas adhuc seruo; est illud in unicum commutatum; cartilagineas arytenoideas, cricoideas penitus, et thyroidea pro maxima parte, ossificatae; prima autem cartilago infra superiorem suam marginem et mox intra lineam obliquam, cui inferuntur parathyroideus, Hyothyroideus et Pharyngis infusus Constrictor utrinque pertusa est foramine, forma extensione fabae modicae, simili, per quod transiit

arteriae thyroideae superioris ramus, in cauum laryngis et tubi aërei se terminaturus.

VLTIMAE sectioni (p. 54) interfuerunt solertissim commilitones Georg. Straett et Laur. Monrad, qui spicimina adlata, quot adhuc seruo, apud me viderunt.

## THESES.

### I.

Opium conuenienti dosi porrectum ex  
mium antiphlogisticum.

### II.

Mercurius et opium vtilissima contr  
gangraenam remedia, ipsi nonnunquai  
Cortici Peruuiano praferenda.

### III.

Aqua frigidae usus ex erysipelat  
cura non proscribendus.

### IV.

In putrida febre vix unquam dat  
crisis perfecta.

### V.

Conualescentibus ex febre putrida laxa  
tia sunt summe proficia.

---

## VI.

Sedes et caussas morborum Anatome persecuturus, probe sciat distinguere, quid morbus, quid mors efficere valuerit.

## VII.

Caput foetus inclauatum et tactui in inferiori peluis apertura obuium, forcipis quidem expostulat usum; sed nondum ideo opportuna, imo irrita nonnunquam operatio.

## VIII.

Sectione Synchondrosis Sigaultiana magnopere laudata, iure quidem esset limitanda; Hunteriana tamen oppositio non omni ratione satis est firma.

## IX.

Forcipes, ad extractionem capitum, in superiori peluis apertura hærentis, commendatae, instrumenta sunt plerumque inutilia et periculi semper plena.

## X.

Bilem terrestribus corrigere velle non est absurdum.

## XI.

Cl. Baumeum iniuste censet Quarini  
Baumeana enim methodus, circa infusi-  
nem et extractionem Corticis peruvianarum  
est praestantissima.

## XII.

Transfudatio bilis per poros vesiculae  
felleae a Tulpio, Morgagnio, Swietenio  
Marcardo, a pluribus aque me saepe vis  
mortis sequela, haud dubie censenda.

## XIII.

Iris, quoad fabricam et indolem a tu-  
nica choroidea, diuersissima.

## XIV.

Iridis structuram musculosam cum Ha-  
lero et Morgagnio non prorsus reiiciamus  
exinde pupillae diastolen et systolen der-  
uabimus, Hallerum in hoc non secuti.

## XV.

Diastolen illam secundum naturam, sy-  
stolen contra eam fieri suspicamur.